



~~217~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-i
SIGNAT. 1515CCCCXIII.



MONUMENTUM

HONORIS AC PIETATIS

QUOD

VIRO

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO

ATQUE EXCELLENTISSIMO,

DN. SAMUELIS

POMARIUS,

S.S. Theol. Doctori Cele-

berrimo, olim VVittenbergæ Theol.

Prof. Publ. Extraordinario, & Rev. Ministerii

Adjuncto Dignissimo; postea Eccles. Lubecensium

Superintend. Gravisimo, optimeq; merito, ut &

purioris Religionis Assertori ac vindici

acerrimo,

Cum LUBECÆ Die II. Martii A. O. R. MDCLXXXIII.
diem beatissimum obiisset.

Ingenti cum desiderio & mœrore posuerunt

AMICI VVITTENBERGENSES!



WITTENBERGÆ,
Typis Viduæ AUGUSTI BRÜNINGII.

MONUMENTUM

HONORIS AC PIETATIS

VIRI

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO



S. S. Theol. Doctori Cele

berimo, olim Wittembergæ Theol.

Prof Publ. Extraordinario, & Rey. Ministerii

Adjuncto Discipulorum, officii Boedel. Libecensium

Superintendent. Gavisini, optimeque merito, ut &

purioris Religionis Auctoritate vindici

Com. LUBECÆ Die Martii A. O. R. M. D. C. L. X. X. V. I. I.

AMICI VIT TENBERGENSES.



WITTENBERGÆ,
Typis Viduæ Augustæ Brüningæ.





Sic abis è Nostris DOCTOR *Meritissime*, terris,
Et petis *æthereas*, morte jubente, plâgas?
Sic abis è *Cœtu*, PASTOR Venerande, *piorum*
Nec posthæc *Gregibus* pabula lauta paras?
Sic abis è variis, *Speculator* EPISCOPE, curis,
Commissosq; *Greges* linquis amore DEI?
Sic abis è *Sancto Cœtu*, Sanctissime PRÆSUL,
Servorum Christi, & munia celsa subis?
Sic abis *Ecclesiæ* LUMEN, COLUMENQVE *coruscum*,
Inter *Theiologos* definis esse soli?
Sic abis, ô PATER, ex *Oculis*, *Manibusq;* *Tuorum*,
Nil præter *lacrymas!* His superesse facis?
O *Clades ingens!* Hæc *maxima damna* *Piorum*
Quis numerare potest? quis reparare valet?
Marchiapura Tuos vidit, sensitq; labores,
Et *fructus Verbi* legit ab ore *Tuo*.
Hos *Magdeburgum* *fructus* mirata *salutis*,
Qos dedit *Officii* provida *Cura* *Tui*.
Hungariæ *Regnum*, *Meritis* *ingentibus* auctum,
Semina *Doctrinæ* spargit ubiqve *Tuæ*
HEROS *Tœckelius* formatus ad ardua *Jovæ*,
Te Duce, *Bella*. Siet *Gideon* iste *suis!*
Leucoream posthæc ornasti *fœnore* multo,
Dum *Studiosa* *cohoris* *commoda* plena tulit.
Illustris *Lubeca*, *Tuis* *amplexibus* ardens,
Ecclesiæ *Regimen* contulit, atqve *Scholæ*.
Nomine pro *Domini* *Zelum* mirata *Davidis*,
Vel *Samuelis*, in hoc *fervor* *Honorq;* *Tuus*

Ah si Theologos Tales Ecclesia Nostra
 Plures conspiceret! staret ubiqve bene.
 Ast modo deficiunt, reputent qvi *damna* *Josephi*,
Ardor decrefcit, regnat ubiqve *tepor*!
Mors Tua propterea diriffima *vulnera* Nostris
Cætibus inflixit, VIR VENERANDE, *Dolor*!
 Sed tamen in Cælis *Custos* & *Pastor* *Israël*
Vivit adhuc, *curas* & *gerit* usque piùm!
 Hic Te *Victorem* *Mundiq;*, *Necisq;*, *Stygisq;*,
 Nunc dedit, hinc Tibi *Mors* nil nisi *lucra*, tulit.
 Post tot *militias* Tu *Victor* in *Arce triumphas*
Cæli, *justitiæ* *summa* *brabea* geris!
 Utere *lætitis* plenis, *sanctisq;* *Triumphis*
 Inter *Cælicolas*, *Angelicosq;* *Choros*!
 Vive *DEO*, *Cæliq;* *bonis*! Tibi fat vixisti:
Elogium *Meritis* *secula* *cuncta* *dabunt*.
 Interea regat *Ecclesiam* *DEUS*, atq; reducat
Pastores *vigiles*, qvi *Gregis* *arma* *ferant*:
Sanctaq; *bella* *DEI* *ducant*, licet *Orbis* & *Orcus*
 Frendeat, atqve fremat: *Vincit* in *Hisce* *DEUS*!
Officiis *Successores* *DEUS* usqve *fideles*
 Donet, ut *Illustris* *floreat* *Ordo* *Gregis*!
Afflictæ *VIDUÆ*, *Contristatisq;* *RELICTIS*,
 Prospiciat semper *Gratia* *larga* *DEI*!
Luctificum *Casum* *solamina* *viva* *JEHOVÆ*
 Tollant, aut minuant! *Hoc* *mea* *vota* *jubent*.

In Honorem & Amorem
 BEATISSIMI DN. SUPERINTENDENTIS,
 Theologi de Univerfa Ecclesia Christi Meri-
 tissimi, Affinis, Amici Veteris, & in Christo
 Fratris Desideratissimi, Ut & in solamen atqve
 levamen Lugentium Superstitum

συνταβελας & ευτυχίας ergo

JOHANNES *Deutschmann* / D.
 p. t. Acad. Rector.

Liges POMARIUM Genitorem, Clare FABRICI!
 Sed mihi lugendus non minus ille venit:
 Amici FRATREM carum, deperdidi Amicum,
 Delicium ille meum, totus & Alter Ego,
 Sed quod præmissus, non est amissus, in horto,
 Quin Paradisi agit, & Floret, amatq; DEUM,
 Quem videt, atq; colit, celebrat quem laude perenni,
 Hoc mihi Solamen: mox Tibi jungar Ego!
 Præreptus mundo immundo, quia gratia nulla
 Illic: nulla quies: nulla salus superest.
 Hoc est quod cupio, voveo quod pectore toto,
 Sint rata vota mihi. Fata beata ferant.
 Jungier ut possit mox Spiritus ante JÉHOVAM;
 Atq; DEI faciem ritè videre bonam!
 O quanta hinc nobis orientur gaudia? Nullo
 Quæ concludentur tempore, sine carent.
 Nullo quæ luctu miscentur, at undiq; florent
 Læticiâ viridi! FRATER AMANDE, pii
 Quando conjunget JESUS nos! quando canemus
 Cantica, cum *Seraphim* Trishagio Domino!
 Ah venias JESU, venias, reddasq; salutem
 Æternam mihi des mox sine fineratam
 Reddere quam solus potis es, qui cuncta prendis
 Omonipotentè manu, CHRISTE citò venias!
 Sed des POMARIUM LUBECÆ CHRISTE recentem,
 Illi des HUNNIO, aut HANNKENIO geminum!
 Gaudeat hinc iterum, gratâ Te mente celebrans,
 Atq; Tibi *Mosis* cantica sacra canat,
 Agni qui casus mundi est ab origine primâ.
 Cui sit honor, cui laus, gloria perpetua!

f. υπερτάγων
 ii. Mart. 1683. die funerationis

ABRAHAM CALVIUS, D.P.P.
 primarius Facult. Theol. & Consistor. Eccle-
 siast. Senior. & Circuli Elect. Saxon. Gener.
 Superintendens ac Diæceseos Witebergens.
 Ephorus.

Lugendum est iterum! Doctus POMARIUS, (eheu!)
 Extremum clausit Præsul in orbe diem.
 Hic quanto fuerit Zelò, monumenta loquuntur.
 Quis varios casus more decente canat?
 Quos tamen intrepidâ superavit mente Theander,
 Commendans DOMINO, qui regit astra, viam,
 Non malè sic actum. Mutatio facta beata est.
 Soletur moestam summus JOVA DOMUM!

Supremum Theologo celeberrimo honorem
 exhibiturus scrib.

Johannes Andr. Qvenstedt, D.P.P.

Vita vehit mortem, mors Vitam sine carentem,
 Principium finem: Pœna brabeja bona.
 Cunctis Principium terra est, coelumq; beatis
 Finis; sic lethum fertq; paritq; bonum.

In memoriam Theologi celeberrimi & de Ecclesia Christi
 meritisimi scribebat

D. Godofredus Strauß.

B

Eusebicus

Eusebicus Doctor magnus, POMARIUS, annis
Nestoreis dignus contumulatur humo.
Estigitur magni luctus data causa relictis:
Est tamen, hunc luctum quod relevare queat.
Illi nunc cœlum donus est, ubi criminis expers
Angelicos inter vivit ovatque choros.
Non ibi tetra lues, non horrida spicula Martis,
Non dolor ac angor, non male svada fames.
O igitur felix, o terq; quaterq; beatus,
Qui citò per mortem transit ad astra poli!

G. Michael Heber, D.

Theologi Summi tenus-hac vi mortis adempti
Sunt nobis. Firmum sic nihil esse potest.
Strauchiades Gedani, POMARIUS ore disertus
Qui Lübeccensi Præsul in ade fuit,
Post exantlatos multos magnosq; labores
Cœlestem patriam repperuisse volunt;
Immundi mundi sordes sordere Virorum
Manibus innocuis vel potuere diu.
Wittenberga quidem, Gedanum, Lubeca gemiscunt,
Sufficier Zelò discipiuntq; pares,
Solari casus tamen hos divina voluntas
Mox velit, ut sanctis Ecclesiæq; præest.

Michael Sennertus, D. P. P.

Hungara quem tellus olim est mirata Docentem,
Inclita quem coluit Leucoris ipsa Virum:
Quem Lubeca sibi venerandum elegit Eoptam,
Defunctum fatò nuncia Fama rfert.
Sionides lugent, precibus Cœlumq; fatigant,
Sanet ut astri regens vulnera tanta DEUS.

Johannes Strauch/ D.

Incertâ certè miseri spe vivimus omnes,
Vitaq; dimanat more fluentis aque:
Venturam sibi nemo valet promittere lucem,
Imperium exercet mors inopina suum.
Inniti cujus legi fuit obvius eheu!
THEIOLOGUS celebris, fortis ad omne malum.
Ecquis enim nescit variis POMARIUM in undis
Factatum? Loquitur Marchia, Pannonia!
Nunc agit in portu, dispersis fluctibus, isthoc,
Quamq; diu docuit, trivit ad astra viam.
Nubila circumstant, fatcor, Viduam, Sobolemq; ;
Ast DEUS his nunquam de finet esse Patet!

deb. condol. causa scrib.

Caspar Lyser, D.

Facul. Jur, Assess.

Ergone

A. Ω!

ERgone grata suis redeunt quò tempore pomis
 Robora, POMARI, Vite Tibi ipsa perit?
 Pomis vita redit, POMARIUS Ipse peribit?
 Quàm fiet pomis, Te pereunte, malè!
 Heu! Legis porrò quis acutà falce putabit
 Quod cœpiti trunco luxuriare suo!
 Aut porrò dulcis quis Vos solaminis undà
 Asperget, quæ sit fontibus hausta sacris?
 Cæterùm in aeterni florescis sedibus horti
 POMARI, & nivedò tempora flore comant.
 Gratulor ergo Tibi, Numen voveoq; benignum,
 Quas Tu liquisti, consulat arboribus.

Ernestus Wilhelmus Vogel, D.

Jurid. Facult. Witteb. Curiaq; Provinc.
 in Infer. Lusat. Assessor.

A. Ω.

Qui quondam eminuit pietate POMARIUS orbi
 Dum fuerat fides Mysta Lubeca, tuus;
 Nunc quia non satis est in terris eminuisse,
 Eminent hic rerum non ubi finis erit.

Lubens meritoq; f.

Andreas Stahn/Serenis.

Saxon, Archi Princ. Elect. Circul. ejus no-
 minis & Satrapia Witeberg. Præfæctus.

Deficit in mediis heros venerabilis armis,
 Deficit in mediis, morte necante, libris;
 Jungamus lachrymas lachrymantibus usq; Camœnis,
 Quas Lubeca suo nutrit alumna sinu,
 Mutataq; novem solemur voce sorores:
 Cœlituum in mediis vivit ovatq; choris.

Lug. scrib.

Theodorus Daffovius,

P.P. p.t. Decanus.

LUBECA ergò tuum desles Ecclesia Mystam
 POMARIUM. Lachrymas quis prohibere velit?
 Aut rectè culper quis magnos, optuma, luctus,
 Quæis urgent tanti fata suprema VIRI?
 Præstiterit tamen æterno parere JEHOVÆ,
 Et studio assidua damna levare precis,
 Alter ut à sancto subeat pia munia Doctor,
 LUBECA hem precibus flexus JOVA facit.

συμπάγων m. lq. scr.

Andr. Sennertus, P. P.

Academ. Sen. æt. 77.

POMARIUS fuit! Dei reverentior,
 Ecclesie fidissimus Pastor, Decus
 Columenq; totius domus suæ inclytæ,
 Virtantus & talis fuit! Lacrymabilis
 Objit Piis, sed maxime Uxori piæ
 Et Filiabus singulis, quæ lacrymis
 Salsissimis flent conjugis mortem & Patris.
 Has erigat Solamine Sacri Spiritus
 Deus, ferant luctum hunc fide & patientiâ!

Quod συμπάγων erg. deprop.

Constantinus Ziegra/D.P.P.

B 2

In

In Obitum THEOLOGI Gravissimi:

Accipe, POMARI, nostri monimenta doloris,
Mixta piis lacrimis, dum, velut umbra, fugis.
O mea fata darent tecum quoq; vivere! vita
Invida & infida, haud vita; ubi vita jacet.
Infitus æternis nunc est POMARIUS hortis,
Lux ubi perpetua est, crux tibi & hostis abest.
Voce gravi, scriptis, exemplo Marchica clara,
Saxonix docuit Pannonixq; loca.

*scrib. VViteberge ουδοπέμενθ,
Memoria & honoris gratia,*

G. C. Kirchmajerus.

Lugentem Fratris Germani funera POMARII
Ad luctum revocant tristia fata novum.
Quam gemit Eusebie casus! Sed reperit Æther,
Quod proprium voluit Depositu esse sibi.

Michael Strauch/ Mathem. P.P.

Quem medias inter spinas, cineresq; dolosos
Admiranda Dei duxit ubiq; manus,
Calibus innumeris jactatus Præsul, & orbi
Arctoo notus, qua tibi cunque patet,
Delicium Lubeca tuum, pars maxima cordis,
Et decus, & splendor, præsidiumq; jacet.
Contractus damnus, quod fecit, sentiet ordo,
Doctores tantos imminente die.

Lugens fac.

Michael Waltherus, P.P.

Graues labores passus & periculis
Exercitus celeberrimis Pomarius,
Gratis tandem quietem reperit,
Delatus in portum poli tutissimum,
Quid ergo possunt lacrymæ? quid amplius
Fuat dolere, flere fata, funera?
Fam letus inter cœlites, molestias
Nostras Beatus & tumultus despicit.

f.
Balthasar Stolberg/ P.P.

Parce Pater, Pater alme, precor, nec subrue plures,
Queis commissa tuæ provida cura ratis.
Apparent rari nautæ, qui gurgite vasto
Fluctibus adversis littora fausta premant.
At tu, POMARI, varias Palinure per undas,
Velleris auriferi munera magna tenes.

Ultimis honoribus Theologi celeberrimi

f.
Christianus Röhrensee/
Phil. Pract. P.P.

E Vsebie dudum fufis lacerata capillis
 Solvitur in lacrimas, luctusq; in pectore verfat,
 Et magnam deflet cladem Lethumq; Verendi
 Præfulis ad TRAVAM, summâ statione locati.
 Cujus ab ore pio, lætâ velut arbore fructus
 Exhibant, valido muniti robore verbi,
 Et confirmabant mœftas folamine mentes.
 Non minor Amonio duce, dirum perculit hostem,
 Duriciemq; animis excuffit, & arte refolvit,
 Molliti ut caperent faciles quasi cera figuras,
 Verfiq; in melius, peterent suffragia cœlo.
 Ergo beate Senex, multis exercite pugnis,
 Jam voti compos, victor memorande triumphas,
 Et paradisiaci retines pomaria campi,
 Quæ nullos post hæc metuant ex æthere nimbos.

*Theologo famâ meritisq; summo, & cum ob dotes alias
 tum præcipue ob constantiam in adversis grato
 posteritatis sermone celebrando supremi officii
 causa f.*

Conradus Samuel Schurtzfleischius, P.P.

Nobilis ex fama POMARIUS ille Verendus,
 Dum fuit, ex meritis nobiliorq; fuit.
 Sic exornavit devoto pectore Præco
 Tempa, sacrata Deo, semper ubiq; suo,
 Raris Ecclesiam donis, & dogmate puro
 Imbuit, & longe vivere dignus erat.
 Nunc citamors tantum Lumen superesse negavit,
 Janua sed vitæ mox melioris erat.
 Prospiciat Mœstis venturo tempore Jova,
 Donec id accedant dulce Salutis iter!

CHRISTIANUS DONATI, P.P.



Magnus POMARIUS gloria nobilis
 Gentes, quæ supero dedita pectore,
 Occlufit placidâ lumina morte jam,
 Et corpus tumulo percupidè abdidit
 Ad cœlum remeat spiritus integer
 Et queis illecebris nos capimur leves
 Et quæ nostra tenent pectora gaudia
 Plenus luce Dei despicit omnia.
 Non extincta tamen corporis ossa sunt,
 Quamvis sint tumulo condita: plurimis
 Sunt erepta malis, quæ patienda sunt,
 Qui vitæ miseræ munere vefcimur
 Illi optabilis est parta quies cito,
 Ad quam qui veniat sorte nitent bonâ,
 Felices pariter terq; quaterq; sunt.

Georgius Melchior Thilo, D.
 Felix

Felix qui moritur, famamq; relinquit honestam,
Mors hujus non mors, sed nova vita cluet.
Sic quoq; ,VIR MAGNE, es felix, nam mortuus orbi
Liquisti famam, quæ Tibi semper erit.
Sed nunc in cœlo laurò victrice triumphas,
Et Sanctus, Sanctus, tempus in omne canis.

Gottfried zur Horst / J. U. D.



Et Witteberga Præsulem luget Suum,
Qui in Æde ad Arcem fungebatur munere
Sacro: pios planctusq; Gedanensium
Urbs præpotens nunc duplicat videns Suum
Sanctum Chorum perinclytis Doctoribus
Orbum. — Lubeca & jam Cupressos erigit,
Quarum, ô dolor! fragrans odor prætenditur
Nostras adoras; imò sentit integræ
Ecclesiæ cœtus dolorem acerrimum
Exinde; Cum primis Domus Pomaria
Perfunditur dolore acuto. Sed DEUS
Pomarium quondam verendum maximè
Mystam vocavit ad perennes Cœlitum
Plausus. Ipse sit solatium quoq;
Mœstis Relictis. Nos precamur corditùs;
Ne sit repentinus Virum per plurium
Ecclesiastici Chori lapsus malum
Omen, vel infaustum Status, vortat Deus
Ex gratia! perturbidi præsagium.

Johannes Carolus Nævius, D.



Præmia, qui multos docuit captare salutis
Æternæ, lætâ jam capit illa manu.
O fortunatum! laurum vitæq; coronam
Gestat & in Christo possidet omne bonum

Paulus Gottfried Sperling, D.

Magnus

Magnus in uberibus Judæi finibus Agri
 Jacobus, planctus, cum moreretur, erat.
 Nec minor hic Planctus, moritur *Pomarius*, Ille
Sacrorum Antistes, luctus ubiq; viget.
 Omnes casta Patrem lugent per compita Cives,
 Doctorum plangit mœsta *Lubeca* suum.
 Et merito. Sanctæ fuit Hic Pietatis Imago
 Corde haut fucato Religionis amans
 Hinc desiderii post se quam plurima linquit,
 Dilecto in populo signa dolenda suo.
 Adde quod & Vidua & Charissima Nata querantur
 Conjuge privari se simul atque Patre
 Sed nimia cessent lacrymæ ne frœna dolori
 Laxentur, veluti Gens male sana facit,
 Namq; Choris sanctis, cœlum sociatus adeptus
 Prœmia spectatâ proprietate capit.
 Post exantlatos Templi vitæq; labores
 Extinctum recreat Vita beata *Virum*.

debitæ Condolent. erg. scrips.

CHRISTIANUS Vater/D.

UT Deus hos adamat, tristi quos vulnerat ense:
 Sic sanat certè hos omnimedente manu.
 Fer patienter onus, patientia tristitia vincit;
 Qui filet, in Domini robore fortis erit.

Andreas Barthius, L.



Poma velut matura cadunt, POMARIUS ipse
 Sic cadit, atq; suis dicit in orbe vale,
 Consita pomus habet dulcissima poma: Beatè
 Denatus talis consita pomus erat.
 Transtulit ex horto mundi Pomarius ipsum
 Cœlicus, ut solem semper habere queat.

Johannes Wehse / Senator

Oppid. Consist. Eccles. Advoc. Ord.
& Juris-Practicus.



Quid dolet Eusebie statuens monumenta doloris?
 THEIOLOGUM luges, mœsta LUBECA, tuum.
 Namq; ais: extinctum Lumen POMARIUS Urbis
 Heu! desiderium liquit in Orbe sui!
 Cedendum at Fato. Tandem moriamur oportet:
 In CHRISTI merito præstat obire diem.

Sed

Sed præit tantùm. Cœlo pars altera vivit.
In tumba alterius molliter ossa cubant.

Officiũ & doloris testandi causa appositũ

M. Simon Friedericus Wolffhardtus,
Fac. Philof. Adjunct.

Casibus expositus variis, Vir Magne, quiescis,
Defunctus in Tuo Redemptore unico.
Felix qui Domino verbis factisq; fidelis
Serviit, is accipiet laboris præmia.
Justus enim æternum, viridis ceu palma, virebit
Edetq; fructus jugiter ducissimos.

deb. condol. causa s.

M. Georgius David Siegra/
Ord. Phil. Adjunct.


Siccine Pomari Pomorum sedule custos
Muneran non linquis, sed meliora capis.
Quos etenim pomos hic dexteritate serebas
Elysiis itidem proferis ulterius.

O Metamorphosin! qui sic moderante jehova
Muneribus mutat munera, victor erit.

M. Nicolaus Christoph. Remlingius,
Facult. Phil. Adjunctus.

Euge boni Custos pomaria, clare Pomari
Curastirecte. Præmia digna cape,
Ponderibus quoniam super addita pondera præstant,
Augmentum magno fœnore sume Tibi.
Dignus eras studio pomaria credita visans
Æthereis posthac scilicet inserier.

M. Gottlieb Schstein / Fac. Phil. Adj.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 11
M 18



MONUMENTUM
HONORIS AC PIETATIS

QUOD

VIRO

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO,

DN. SAMUELIS
ROMARIO,

S.S. Theol. Doctori Cele-
berrimo, olim VVittenbergæ Theol.
Prof. Publ. Extraordinario, & Rev. Ministerii
Adjuncto Dignissimo; postea Eccles. Lubecensium
Superintend. Gravisimo, optimeq; merito, ut &
purioris Religionis Assertori ac vindici
acerrimo,

*Cum LUBECÆ Die II. Martii A. O. R. MDCLXXXIII.
diem beatissimum obiisset.*

Ingenti cum desiderio & mœrore posuerunt

AMICI VVITTENBERGENSES!

